RUPERTUS TUITIENSIS

Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 66v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



subiungit. Effraim ut uidi tyrus erat fundata in pulchritudinem.
miro modo iuste dampnationis reddit sufficientē. i. superbie magnitu
dinē. Et recte per tyrū uicinū designatur peccatoris superbientis. peccata sua
defendentis. quia uidelicet sicut tyrus circumuallata mari. non sine periculo impug
nantiū poterat impugnari. ita quicū eiusmodi ē non sine periculo redarguen
tiū solet redargui. ut hic idem ppls qui redarguentes pphas. et ipsum
dnm pphar occidit. Et notanda qualitas dictionis. cū dicit. effraim ut ui
di tyrus erat. Idem enim est. ac si dicat. Effraim in oculis meis superbus
apparebat. Grauissime namq; denotationis ē superbū quēq; dici ī oculis
dni. sicut econtra humilem ēē uel dici in oculis dni. magne approbationis
est. Porro pulchritudo de qua dicit. fundata in pulchritudinē. fal
sa ē. et uana. qua superbi omnes sibimet pulchri uidentur. dū suas sordes cog
noscere dedignantur. quin etiam irasci solent. dum illis a corripiente
quod sordidi sunt. aliquomodo suggeritur. Sic tyrus fundata. sic s stare uide
tur. qui superbus et arrogans ē. Propterea iustum est effraim pati id. quod
iam dictū est. et hoc ipsū repetitur. cū protinus subiungit. Effraim educit ad
interfectionē filios suos. Ac si dicat. Propterea sicut iam premisi dicens. absq; li
beris faciam eos. ita nunc repetens dico. effraim educit ad interfectionē fi
lios suos. i. interficiendos. et morti destinatos. generat filios. immo et ip
se interficit eos. malo exemplo. ut perinde interficiantur gladio. Sequitur.
Da eis dne. Quid dabis eis. Da eis uuluā sine liberis. et ubera aren
tia. Mira inclamatio. mira postulatio. Audierat pphā magnā iuste
sententie seueritatē. iustam filiorum interfectionē. et mirabiliter infe
liciū parentū miseratus angustiam. exclamauit. et dixit. Da eis dne.
Statimq; sermone nondū peracto. datū querit dolenter aput semetipsū
perpendens percunctatur. et dicit. Quid dabis eis. Quid uolo ut des eis.
Numquid ut salui sint. Nūquid ut ue non sit illis. aut ut uiuant cū li
beris. Non utiq; tale aliquid postulare ausus sum. s; da eis uuluā
sine liberis. et ubera arentia. Quare. Nimirū quia dies illis tales
erunt ut dicant. Beate steriles et uentres que non genuerunt. et ubera que
non lactauerunt. Hoc sciens ipse dns cū ad crucifigendū duceretur. dixit mu
lieribus que plangebant eū. et lamentabantur. Filie iherlm. nolite flere
super me. s; super uos ipsa flete. et super filios uros uros. Quo ecce uenient
dies in quibus dicent. Beate steriles et uentres que non genuerunt. et ubera
que non lactauerunt. Itaq; idcirco da eis dne uuluā sine liberis. quia beati